UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Co[n]sti. ad visita[n]dum p[ro] archidia. in absentia etia[m] v[ir]tute facultat[is]

urn:nbn:de:hbz:466:1-70749

Visual Library

pn̄tes litteras ſiue pn̄s publicū inſtrumentū fieri ⁊ ꝑ notariuꝫ publicū infraſcriptū ſubſcribi ⁊ publicari mādauimus. Sigilliqꝫ noſtri iuſſimus et fecimus appenſione ꝯmuniri. Datū ⁊c. Preſentibꝫ ⁊c

¶ Conſtitutio ad ꝯparendū in ꝯcilio pro epiſcopo

IN noīe dn̄i amen ⁊c. Uniuerſis pn̄tes lr̄as ſiue pn̄s publicum inſtrumentū inſpecturis Joh. dei ⁊ aplice ſedis gratia ep̄s. N. Saluteꝫ in eo qui eſt omniū vera ſalus. Cum ſacroſancte vniuerſalis ⁊ catholice ꝯcilium eccl'ie. n. apud ciuitatem. n. in ſpūſancto ꝯgregatum ad extinctionem hereſis in ip̄a eccl'ia dei ac reformatōem moꝝ in eadē ac tractandum pacē ⁊ ꝯcordiā inter reges ⁊ p̄ncipes catholicos. Nos quoqꝫ ad illud ꝯcilium ꝑſonaliter vt tenemur nō valentes accedere precipue ꝓpter varia et innumerabilia itineꝝ pericula. p̄cipue etiam ꝓpter decrepitā etatē in qua ꝯſtituti ſumus. Nos etſi nō ꝑſonaliter tamen ꝑ ꝓcuratorē cupien̄. vt obedientie filius eidem ſacro ꝯcilio intereſſe. Jdcirco nos ex certa noſtra ſciētia ac ſpontanea volūtate facimus ꝯſtituimus creamus ⁊ nominamꝰ noſtros veros ⁊ fideles procuratores ac nūcios ſpeciales ⁊ generales. ita tamen ꝙ ſpēalitas generalitati nō deroget nec econtra. videlꝫ. N. ⁊. N. ⁊ eorum quēlibet inſolidum latores p̄ſentiū. ita tn̄ ꝙ non ſit ⁊c. Dantes ⁊ ꝯcedentes oībꝫ ſupradictis ⁊ eoꝝ cuilibet inſolidū plenū poſſe plenāqꝫ ⁊ generalem autoritatem ⁊ poteſtatē ꝯparendi intereſſendi aſſiſtendi pro et noſtro noīe ac eccl'ie noſtre. N. in ſupradicto ꝯcilio excuſation̄. quoqꝫ ⁊c. rationes autoritates ac oīa ⁊ ſingula que ad dicte hereſis extirpatōem. noſtrā reformatōem pacēqꝫ viuendi ac ſacroſancte vniuerſalis eccl'ie atqꝫ noſtre indemnitate ⁊ ꝯmoditate expedire viderint allegandū ⁊ in illis inſiſtēduꝫ Et generaliter ⁊c.

¶ Conſtitutio procuratoꝝ ad viſitandū pro archidiacono in abſentia etiam virtute facultatis

COnſtitutus ⁊c. N. archidiaconus. n. hn̄s vt dicebat facultatē a dicto dn̄o noſtro papa faciendi vſqꝫ ad certū tēpus viſitare ꝑſonaꝫ ſeu ꝑſonas idoneā ſeu idoneas quā ſeu quas idem dn̄s archidiaconꝰ cōſtituens duxerit eligendum ſeu eligendas eccl'ias monaſteria prioratus ⁊ alia beneficia eccl'iaſtica in ipſo archidiaconatu ſeu iuriſdictione ꝯſiſtentia. ꝑſonaſqꝫ monaſterioꝝ eccleſiarū prioratuū ⁊ locoꝝ hmōi in quibꝫ viſitationis officiū de iure vel ꝯſuetudine ſibi ꝯpetit, ꝓut in litteris apoſtolicis ſuper hoc ꝯfectis plenius ꝯtinet̄. Jdcirco de legalitate diligentia induſtria ac ꝓbitate venerabilis. N. plenā in dn̄o fiduciā ꝯtinēs ex ip̄ius dn̄i archidiaconi ꝯſtituētis certa ſcientia oībꝫ melioribꝫ mō via ⁊c. ip̄m dn̄m. n. abſentem tanqꝫ p̄ſentē ſolū ⁊ inſolidū ad p̄ſentandū intimandū inſinuanduꝫ et notificandū dicti dn̄i archidiaconi ꝯſtituen̄. noīe ⁊ ꝓ eo vniuerſis ⁊ ſingulis dn̄is abbatibꝫ p̄oribꝫ parrochialiū eccleſiaꝝ rectoribus vicarijs ⁊ capellanis ceteriſqꝫ ꝑſonis eccleſiaſticis in dicto archidiaconatu cōſiſten̄. in quibus viſitationis officium vt p̄mittit̄ ſibi ꝯpetit litteras aplicas p̄dictas et ꝓceſſus inde ſecutos ⁊ ſequēdos. ⁊ ſe noīe quo ſup̄ ad hmōi viſitationis officiū recipi ⁊ admitti petendū ⁊ faciendū dictūqꝫ officiū plenarie ⁊ libere exercendū ⁊ procuratores eidem domino archidiacono ab eccleſijs

monaſterijs prioratibus et locis ac perſonis huiuſmodi per eum taliter viſitatis debitas et debendas iuxta formam et tenorem litterarum apoſtolicarum et proceſſuum predictorum petendum recipiendum leuandum exigendum et colligendum ac de receptis leuatis et collectis quoſcunque quitandum liberandum et abſoluendum ac quitantiam ſeu quitantias etiam ſub manu publica dandum faciendum firmandum et concedendum. Et generaliter omnia alia et ſingula faciendum que ad predictum viſitationis officium quomodolibet ſpectare dinoſcuntur et que idem dominus archidyaconus exerceret et faceret ſi in propria eius perſona viſitaret. etiam ſi talia etc. Promittentes etc. vt in primo procuratorio habetur

¶ Conſtitutio ad emendum terras

Ad emendum dicti domini conſtituentis nomine et pro eo quandam petiam terre in tali loco ſitam continentem hos confines etc. pro precio quo poterit meliori et prout videbitur expedire et de quacunque venditione poterit conuenire et ad ſoluendum precium pro quo de dicta terra conuenerit. necnon ad recipiendum prouiſionem conuentionem obligationem fideiuſſionem et quaſcunque ſtipulationes pacta et inſtrumenta publica et quecunque alia que ad cautelam ipſius. N. fuerit oportuna. Et ad recipiendum corporalem poſſeſſionem dicte terre et ad faciendum fieri de ipſa emptione publicum inſtrumentum cum obligatione debita in talibus fieri conſueta. necnon ad omnia alia et ſingula faciendum dicendum etiam ſi talia forent que mandatum etc.

¶ Conſtitutio ad comparendum in audientia contradictarum.

Ad comparendum et ſe preſentandum pro eodem conſtituente et eius nomine in Romana curia et in audientia publica litterarum contradictarum ipſius domini noſtri pape contra quaſcunque perſonas eccleſiaſticas ſeculares et regulares litteraſque apoſtolicas tam ſimplices quam legendas gratiam vel iuſticiam continentes impetrandum et obtinendum et pro parte aduerſa impetratas ſeu impetrandas impugnandum contradicendum arreſtandum et arreſtari faciendum et procurandum loca et iudices eligendum et refutandum ac in et ſuper eis conſentiendum et conuentiones cautiones et ſatiſdationes propter hoc neceſſarias dandum et offerendum et ſibi dari petendum et recipiendum Super ipſis in animam ipſius domini conſtituentis iurandum et quodlibet licitum iuramentum in talibus preſtari ſolitum preſtandum Proteſtationes quaſcunque in premiſſis neceſſarias et oportunas faciendum vnum quemque vel plures etc. Et generaliter etc. vt in alijs

¶ Conſtitutio ad impetrandum beneficium in manibus pape reſignatum et ad conſentiendum aſſignationi penſionis.

Ad ipſius domini conſtituentis nomine et pro eo eccleſiam. n. dum et quando ipſam per liberam et ſimplicem reſignationem Reuerendi patris domini. d. n. moderni epiſcopi et paſtoris ipſius eccleſie. n. aut ipſius legitimi procuratoris in manibus ſanctiſſimi domini noſtri pape ſeu alterius perſone ad hoc poteſtatem habentis fiendum vacare contigerit ipſam eccleſiam eidem domino. N. conſtituenti autoritate apoſtolica conferri et de illa ſibi prouideri petendum requirendum et obtinendum. litteras apoſtolicas ſuper huiuſmodi impetratione neceſſarias confici faciendum requirendum et procurandum ac penſioni annue. xx. ducatorum auri de camera ſuper fructibus etc. eccleſie huiuſmodi per dictum. N. conſtituentem et ſucceſſores ſuos dicte eccleſie rectores pro tempore exiſtentes eidem domino epiſcopo quoad vixerit vel procuratori ſuo legitimo ſub cenſuris et pe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN